



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 18. Quid restitui debet ratione rei acceptæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

vel omissiones liberas ei soli utiles: ut si des alteri aliquid, ut sacrum audiat, jeiunet, ne ebrietur, &c. Qui tamen accepit aliquid ne admittat crimen, quod legibus puni- tur, cogitur in iudicio ad restituendum, & post sententiam tenetur restituere, cum sit iusta, & legi conformis.

*Q. 18. Quid restitui debet ratione rei acceptæ?*

*Resp. I.* Qui tenetur restituere solum ratio- ne rei acceptæ, ex comuni tenetur solum resti- tuere rem alienam si adhuc extet, vel id, in quo ex ea factus est ditior si non extet apud se, & ad fructus exstantes, aut quatenus ex iis fa- ctus est ditior: quia tantumdem, & non plus habet ex re alienâ sive in se, sive in æquivalenti. Quare mensura restitutionis faciendæ ratione rei acceptæ est quantitas possessionis rei alie- næ, vel in se, vel in æquivalenti possessæ. Ita ut tantum restituatur, quantum rei alienæ in se, vel in æquivalenti possidetur, l. 25. ff. *De petit. Hered.* Alienum autem in æquivalenti quis possidet, cum rem alienam consumendo, aut donando, rebus suis pepercit, vel alienan- do aliquid acquisivit.

*Q. 19. Ad quid tenetur possessor bonæ fidei?*

*Resp. I.* Qui rem alienam bona fide possidet, putans prudenter esse suam, ubi primum no- vit esse alienam, ex communi tenetur eam re- stituere prima opportunitate, l. 22. ff. *de petit. hered.* quia Dominus habet jus rem suam pos- sidendi. Quòd si non reddat, ubi primum potest